



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 2 De peccatis Diaconorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

te, possit absque peccato mortali solemniter Baptizare. 5. Cathechumenos instruere in fidei rudimentis. 6. Temporalibus Ecclesiarum bonis ac Eleemosynarum distributionibus invigilare. 7. Populum in Sacris cætibus certis signis ad Deum movere. 8. Invigilare infirmis & peregrinis.

Articulus Secundus.

De peccatis Diaconorum.

Obligationes Diaconorum desumuntur ex 1.ad Timoth. 3. & sunt sequentes: obligantur ad castitatem, sobrietatem, scientiam mysteriorum fidei, puritatem conscientiæ in Ministerio, bonam famam, fidelitatem, & integritatem ab omni avaritiæ studio ex quibus deducuntur sequentia peccata.

1. Peccat qui Bigamus est & se in Diaconum Ordinari permittit, ante Dispensationem mortaliter & irregularitatem novam ex delicto incurrit.

2. Omne peccatum mortale, cogitatione verbo, & opere à Diacono post Ordinationem commissum contra castita-

tcn

tem Sacrilegium est. Item scurrilitates levitates, & insolentię nonnullæ, in materia carnis à Diacono excitatæ, et si forte in se peccata mortalia non essent, ratione tamen Ordinis ob scandalum datum , mortalia fieri possent.

3. Peccata quæ Ministerium spectant & ex intemperantia oriuntur sunt, in indispositione, ineptitudo mentis & corporis , irreverentia in sacris mysterijs, quæ contingit ex nimio potu nocturno diurnove , & commessionibus.

4. Peccata quæ respiciunt aliorum offendam, sunt scandalum pusillorum, exempla mala, contemptus personarum Ecclesiasticarum.

5. Diaconus qui culpabiliter ignorat Dogmata fidei & necessaria ad suum Ministerium, sive spectent ad substantiam officij sui, sive ad principales cæremonias quoties ministrat peccat moraliter.

6. Diaconus exercens actum Ordinis sui in peccato mortali peccat mortaliter.

H 7 T I